

Jakob Carmon

Universität Rostock

**Ad Jvbilvm Jubilantis Coronæ Academicæ Rostochiens: Jvbilæi Lvtherani Ac  
Audiendam Orationem De Perennitate Doctrinæ Lutheranæ, Secundum vulgatum  
illud: Gottes Wort und Luthers Lehr Vergehet nie und nimmermehr**


Rostock: Typis Joh. Weplingi[i], [1717]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1008720216>

**Abstract:** Feier der Universität Rostock zum 200. Jahrestages der Reformation

Druck Freier  Zugang






Bibl.  
Schol. Gustrov.

1836.

~~Mk 310.~~

Mk - 7775.





AD  
JVBILVM JUBILANTIS CORONÆ AC ACADE-  
MICÆ ROSTOCHIENS: JVBILÆI  
LUTHERANI

Ac  
*Audiendam ORATIONEM,*

De  
PERENNITATE DOCTRINÆ  
LUTHERANÆ,

Secundum vulgatum illud:

Gottes Wort und Luthers Lehr Vergehet nie und nimmermehr.

SUB AUGUSTISSIMIS AUSPICIIS SERENISSIMI  
PRINCIPIS AC DOMINI,

**DOMINI CAROLI  
LEOPOLDI,**

REGNANTIS DUCIS MECLENB. PRINCIPIS  
VETUSTÆ GENTIS HENETÆ SVERINI AC RACEBURGI, COMITIS  
ITEM SVERINENSIS, TERRARUM ROSTOCHII ET STARGARDIÆ DY-  
NASTÆ, ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS PATRONI ET CANCELLA-  
RII MAGNIFICENTISSIMI, DOMINI NOSTRI AC NUTRITII  
LONGE CLEMENTISSIMI

RECTORE MAGNIFICO

**DN. JOH. ERNESTO SCHAPERO,**

MEDIC. PROFESSORE PRIMARIO CELEBERR. SERENISS. PRINCIPIS REGNANTIS CONSI-  
LIARIO REGIMINIS INTIMO ET ARCHIATRO SPLENDIDISSIMO, NEC NON TOTIUS  
UNIVERSITATIS, COLLEGII DUCALIS ET SUE FACULTATIS SENIORE  
SUMME VENERANDO

Die 2. Novembr. Ao. MDCCXVII.

IN AUDITORIO MAXIMO Horâ VI. VESPERTINA

Inter Conventus Musicos & flammigerantes Faces habendam

Abs

NOBILISSIMO ET PRÆCLARE DOCTO

DNO. NICOLAO JACOBO Märck / S. S. Minist. Cand.

Magnificum Dominum RECTOREM, Illustris REGIMINIS & utriusque MA-  
GISTRATUS PROCERES, omnium Facultatum DOCTORES, LICENTIATOS,

Verbi Divini MINISTROS, Philosophiæ MAGISTROS, Præstantissimam

Dnn. STUDIOSORUM Coronam, omnes denique LITERARUM Fa-

vitores eâ qua decet submissione invitat.

JACOBUS Garmon / Phil. & Jur. U. D. Eloqv. P. P.

ROSTOCHII, Typis JOH. WEPPLINGI, SEREN. PRINC. & ACAD. Typogr.

18.



Audii & Doloris affectus humanis actionibus ex æquo ferme intercurre, res est notissima, ita tamen, ut lætitiæ memoria mentes Mortalium insigniter titillet, calamitatum vero recordatio mirum in modum animos lancinet. Inde *FESTA* videmus lætioris plerumque argumenti, ut plurimum, esse indicia, cum contra atri dies fastis eximantur, ut summo quoque *NUMINI* tanquam Generis humani amantissimo, Festivam lætitiæ ob res prosperas mandare, & ita calamitates interpolare, clementissimè placuerit. Quo factum cernimus, ut Judæorum Sabbata, Paschata, Jubilæi & pleraque alia Illorum Festa lautioribus epulis, lætioribus hymnis & omni Animi remissione celebranda præciperentur.

Eoq; tota fluxit supplicationum *RELIGIO*. Sic, quoties Populo Romano justa ab hostibus Victoria vel alia res prospera nunciaretur, Templis apertis ad omnia Deorum pulvinaria, per aliquot dies, supplicationes instituebantur, hostiæ maçtabantur, epulum dabatur, Populus pro beneficio accepto gratias agebat, ac vota pro felicitate Urbis ac Imperii concipiebat. Neq; hæc solum Romanorum consuetudo, sed idem institutum sacrae paginae, plus vice simplici nobis inculcant. Sic *JOSAPHATI VALLIS LAUDATIONIS* memorabilis, quo conveniebatur  
D.

D. O. M. pro parta victoria gratias ferendi.  
*MARDOCHÆUS* instituit dies *PURIM*, quibus  
fotera DEO, pro liberatione Populi Ju-  
daici, redderent Manumissi.

Quod piâ ratione semper imitati sunt Chri-  
stiani, quoties rem in salutem Patriæ benè  
gestam intellexerunt, memoriam fortis an-  
niversariam refricantes, Centenario postea  
præprimis distinctam, prout numerum illum  
maximè sacrum semper judicavit antiquitas.  
Itaque Plato volebat, animas centum an-  
nis expiari. Jupiter apud Homerum legi-  
tur centum fimbriis intervestitus. Gigantes  
ejus hostes Centumani erant, & quæ alia.

Nec defuit Religionis Christianæ poste-  
ritas, eundem Centenarium ad primè cele-  
brationibus suis dicare. Quemadmodum il-  
lud, ut innumera fileam, Jubilæa Academica  
fatis superque evincunt, quæ splendidissimè  
celebrata ætas nostra vidit & in nostris A-  
thenis B.C.D proximè mirabitur, ex tot an-  
norum decursu æternitatem præfagiens.

At, Centenarius iterum recurrit, ex quo  
Magnum illud DEI jubar *MARTINUS LU-  
THERUS*, Bella *DOMINI* magna & pruden-  
tiâ & animi præsentia atque robore ita ges-  
sit, ut pax Nobis æterna, per Servatorem No-  
strum parta, feliciter sit restaurata. Hinc  
florebat apud nos benedicta *MEGALANDRI  
NOSTRI*, sine fine, memoria. Et integer  
Orbis Evangelicus, *REDIVIVO* q. *LUTHE-  
RO* plaudit, ut duplicata Vota æthera reso-  
nent.

Absolvat

Abfolvet ista pluribus Nobilissimus & e-  
ruditissimus DN. JACOBUS NICOLAUS  
Mārc / S. S. Minist. Cand. famigeratissimus,  
Nomine *GENEROSÆ STUDIOSORUM*, to-  
tius hujus Almæ, *CORONÆ*, *Oratione fubi-*  
*læa solenni* in Auditorio Maximo, verba fa-  
cturus, interpulsatis subinde fidibus & mi-  
cantibus Faculis, de æterna quam diximus,  
Magni *NUMINIS* gratia, junctis suspiriis ar-  
dentissimis pro Conservatione sempiternâ  
*ECCLESIAE LUTHERANÆ*, salute *SERE-*  
*NISSIMI NOSTRI NUTRITII & TOTIUS*  
*AVGVSTÆ DOMVS MECKLENBURGICÆ*  
perenni, ac incolumitate universarum *REGI-*  
*ONVM MECKLENBURGENSIVM & ACA-*  
*DEMIÆ* hujus cum *MAGISTRATV & CIVI-*  
*BVS* perpetuâ.


Cujus egregium propositum, ut, pro pos-  
se promoveamus, ad benevolè auscultan-  
dam supra indigitatam Orationem, insimul-  
que speciosam *DNN. STUDIOSORVM FE-*  
*STIVITATEM* ex æquo frequentandam,  
*MAGNIFICUM DN. RECTOREM*, *ILLUSTRIS*  
*REGIMINIS ET UTRIUSQVE MAGISTRATUS PROCERES*  
*ET CIVES*, cum omnibus Literas faventibus  
humanissimè & quam præsentis solen-  
nitatis dignitas exigit, debitâ ob-  
servantiâ invito.


Rostochii, d. XXXI. Octobr.  
An. MDCCXVII.

Jo-  
del-  
en?


en


ms  
ude  
ach.  
ha.  
nei.  
Ju-  
ret/  
ar.  
tiet  
an  
vie.  
dein  
den/  
Ro-  
und  
gen  
je.  
iner  
zen/  
det:  
set.  
ste  
ing  
ben  
uch  
reib  
Ge.  
dem  
n











Als  
An dem  
Erfreulichem Fe  
Des  
JUBILAEI  
LUTHERANI

Welches  
Zum Zwentennahl gefeyr  
wurde/

Der  
Decanus Facultatis Medicæ  
D. GEORGIUS  
THARDING,

Zur mehrerer Celebrirung ein  
SOLENNE ORATI

Den III. Novembr. Anno MDCCXVII.  
Im grossen AUDITORIO hielt

Ward  
Zur Vermehrung der Freude f  
ARIE

Vor / zwischen und nach gehaltenen / Rede  
abgesungen.

ROSDORF /  
Gedruckt bey Niclas Schwiegerau / E. E. Nahts Buchdrucker.

